

ARQUIVO DA



UNIVERSIDADE

COLÉGIO DA COMPANHIA DE JESUS  
E  
UNIVERSIDADE DE ÉVORA

1571

Breve para admissão de clérigos de todo  
o reino na Capela da Vera Cruz na Sé de  
Évora.

Gav. 6 - Maço 2 - N.º 33



Dilecte fili noster, salutem, et apostolicam ben<sup>ed</sup>. Exponi nobis fecisti, quod alias tu dum ecclesie Elboren' ex apostolica concessione praeeras, cupiens curam animarum Elboren' dioc<sup>es</sup> per idoneos sacerdotes exerceri, certas capellanas in capella Verae Crucis nuncupata in dicta Elborensi Ecclesia antea constructa ad hoc ut capellani ad ipsas capellanas admittendi libere studio per certum tempus in Ciuitate Elboren', ubi unam etiam Vniuersitatem studiorum generalem dudum antea institueras, operam impenderent, ac exinde ad regimen ecclesiarum Elboren' dioc<sup>es</sup> assumi ualerent, instituire, et ordinare, ecclesiasticisq; redditibus dotari, ac eam institutionem, et ordinationem apostolica auctoritate roborari, et seu de nouo fieri, deindeq; regimen, et gubernium earundem Capellaniarum rectori pro tempore exis<sup>te</sup>nti praedictae Elboren' Vniuersitatis Societatis Iesu professori committi, et demandari curasti et obtinuisti, cumq; sicut eadem subiungebat expositio in capitulis institutionis capellaniarum huiusmodi caueatur expresse, quod nullus ad illas, nisi de diocesi Elboren' oriundus admitti debeat, tu prouide considerans, quod Elboren' dioc<sup>es</sup> uiris literatis, et ad animarum curam diligenter exercendam idoneis, Domino cooperante, iam satis abundat, cupiensq; alias personas quamuis ex dicta Elboren' diocesi non sint oriundae ad dictas capellanas admitti posse, nobis humiliter supplicari fecisti, quatenus in praemissis opportune prouideri de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur uotis tuis in hac parte benigni annuere uolentes, ac institutionis, et ordinationis, confirmationis, et seu nouae institutionis praedictarum, statutorum quoq; ipsarum Capellaniarum tenoris, continetias, et formas, ac si de uerbo ad uerbum inarti forent praesentibus pro expressis habentis, huiusmodi supplicationibus inclinati, tam Circumspectioni tuae, quam Rectori praefato pro tempore exis<sup>te</sup>nti, ut quascunq; personas ecclesiasticas regnorum Portugalliae, et Algarbiorum, etiam si ex diocesi Elboren' oriundae non sint, ad ipsas capellanas admittere liberi, et licite ualeatis, plenam, et liberam facultatem auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et impartimur. Et sic in praemissis ab omnibus censeri, ac ita per quoscunq; iudices, et commissarios quauis auctoritate fungentes, sublata eis, et eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, et interpretandi facultate iudicari, et diffiniri debere, irritum quoq; et inane, si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, uel ignoranter contigerit attentari decernimus. Praemissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ceterisq; contrariis non obstantibus quibuscunq;. Dat<sup>o</sup> Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XXX. Ianuarij M. D. LXXI. Pont<sup>ificatus</sup> Nostri Anno Sexto.

Ca: Glorierius .: ∞



Jo: Bapt: Canobius...

Personas q'cu'q' Ecclesiasticas & Regias Alumnos de Portugalha, q'cu'q' de d'ca de Eborense no s'nt ad Capellania de Vera Cruz ad im'ndu' h'ere



Collegio da Comp. de Jesus do Espirito S. de Evora p. se admitirem Clerigos de todo o Reino as Capellarias da Capella da Vera Cruz na Se' de Evora, que de antes eraõ so p. os da sua Diocese melhor seguirem Estudos.

Breve do Papa Pio 5.º dado em Roma a 31. de Janeiro do anno de 1574. no 6.º anno do seu Pontificado, pelo qual concedeo ao Sr. Cardeal Infante D. Henrique de Legado a Latere em Portugal, que podesse admitir Clerigos de todo o Reino nas Capellarias da Capella da Vera Cruz na Se' de Evora, que elle, com auctoridade Apostolica, tinha destinado, sendo Arcebispo de Evora, p. Presbiteros unicamente naturaes do seu Arcebispado e Diocese p. o fim de se habilitarem nas Sciencias em beneficio da mesma Diocese, como ja tinha sufficiente numero delles habeis, e instruidos pedio ke fosse concedido o admitir as ditas Capellarias os de todo o Reino, e ke foi concedido por este Breve, que ke veio dirigido a elle mesmo.

Dilecto filio nostro Henrico t. s. quatuor Coronatorum Pbro Cardinali Infanti Portugallie. no. et Sedi Ape de Latere Legato...